169

G

80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

V. Gand 1842 f J. G. A.
Catal. Rymenans N 1560

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

169
g.80
GW 302
CA 668

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Elegantiarum viginti precepta

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

¶ Elegantiarum viginti precepta Incipiunt.

Ad conficiendas eleganter epiſtolas pauca ſcitu digniſſima ex clariſſimorum oratorum preceptis. elecca tibi memorie ſummopere ſunt commendanda. que et ſi frequēti vſu ſummaqꝫ attentione practicando animaduerteris. non parū fructus in dicendo et ſcribendo conſequeris Bene ſcribere epiſtolas et eleganter dicere tribus rebus ꝯparant̄. Arte mutacione. et exercitatione id eſt vſu. ¶ Ars conſiſtit in terminis grāmatice et in preceptis elegantiarū atqꝫ rhetorice. Ideo poſt rudes grāmatice regulas hec legantur precepta. Imitatio vero conſiſtit in aſſidua et attenta auditioni atqꝫ lectione dictoꝝ eloquentum viroꝝ. audiendo nāqꝫ et legendo electas ſententias doctiſſimorū eloquencia compatur teſte. Auguſtino dicente. Ad comparandā eloquenciā magis prodeſt ſi quis eloquentes audiat et diligenter legat ꝙ ſi circa artis precepta ſe occupet. Exercitatio conſiſtit in continuo vſu et ꝯſuetudiue dicendi et ſcribendi. In omnis nāqꝫ diſciplina infirma eſt artis et regularū preceptio ſine ſummo illarum vſu et exercitio. Nulla enim res tantum ad eleganter dicendū proficit quantū crebra ſcriptio.

Primū preceptuꝫ eſt de adiectiuo et ſubſtantiuo cuius ſꝫ quinqꝫ pūcta. Primū adiectiuū venuſte precedit ſuū ſubſtantuū Exm
Optima v̄tus Diuinū ingenium. Tua dignitas Excellens prauitas.
¶ Scd̄m inter adiectiuum et ſubſtantiuū pulchre locat̄ gtūs. Exm
Magna prauoꝝ hominū malicia regnat Preclara ſtudioſoꝝ ingenia laudāt̄. Varios multiformes qꝫ planetaꝝ effectus in iſtis inferioribꝰ videmꝰ ¶ Terciū inter adiectiuum ⁊ ſubſtantiuum eleganter ponit̄ relatiuū cum ſuo v̄bo ꝑ modum parentheſis. Eſt autem parentheſis elegans interpoſitio ſentencie quā remota ſermo remanet integer. Exm
Honeſta eſt (que a paucis colitur) philoſophia
Vtilis eſt (quam pleriqꝫ cupiunt) pecunia
Video paratas (quas horreo) guerras
¶ Quartum inter adiectiuū et ſubſtantiuū ꝙ venuſte ponitur prepoſitio cum ſuo caſuali ¶ Exemplum
Maximam in republica diligentiam habeto.
Summum in rhetorica ſtudium facito.
Magnas pro beneficijs receptis gratiarū actiones agito.
¶ Quintum punctum inter adiectiuū et ſubſtantiuū quādoqꝫ nomē quandoqꝫ v̄bum. quādoqꝫ alia pars collocatur

¶ De nomine

Summam quidem maria leticiam in annunciatione recepit.

¶ De verbo

Multa legiſti doctorum volumina. ¶ De aduerbio
Quod in virum tandem peritiſſimum euaſiſti
¶ Et caueas ne adiectiuum nimium elongetur a ſuo ſubſtantiuo quia hoc vitio non careret.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Secundum preceptum eſt de relatiuo et antecedente cuius ſunt duo puncta.

¶ Relatiuum cum ſuo verbo pulchre in principio ſermonis locatur et antecedenti ſuo preponitur. ¶ Exemplū

Quam iam pridem optaui poeticam ſtudeo facultatem.

Quem maxima cum diligencia ſcripſi virgilium tibi ꝯcedo.

Quas habeo tecum amicitias multi laudant.

¶ Oratores pro elegancia id vſurpant vt antecedens cum ſuo relatiuo concordet ſed cum ſuo verbo vel adiectiuo diſcordet. Exemplum

Quas mihi dediſti lr̄as fuere ſuauiſſime.

Quod alij ſic. dediſti mihi lr̄as que fuerunt ſuauiſſime

Quas tecum peperi amicitias mihi fuere gratiſſime Virgilius

Urbem quam ſtatuo veſtra eſt. Therentiꝰ. Ut placerent populo q̄s feciſſet fabulas. Scriptura. Sermonem quem vos audiſtis nō eſt meꝰ

Terciū ꝑceptum eſt de ſuppoſito verbo et obliquo. cuiꝰ ſunt quatuor pūcta ¶ Perfecta orō grāmatica tribꝰ ꝯſtat ꝑtibꝰ ſuppoſito v̄bo et obliquo. que ꝑtes more oratorū ſic ordinātur. Obliquus in principio ſuppoſitū in medio. v̄bum in fine venuſte locet̄ Exemplum

Pulſantibus et perſeuerantibꝰ ianua aperitur

Carthaginem ſcipio affricanꝰ deleuit.

Pluribus rebus ad regendā rempublicam politicus indiget.

¶ Scōm. oīs obliquus elegāter ſuo regenti preponit̄ Iſtud ē magis vniuerſale. Et ꝑ iſtud preceptū gtūs frequentiſſime ꝓcedit ſuū regēs Ita dtūs et ceteri obliqui. vt pz in exemplis ſeqnētibus. De gtō

Iudicis eſt ſp̄ in cauſis verꝫ ſequi Patroni eſt nōnunq̄ȝ ſeq̄ veriſimile

Regum populorꝫ ⁊ nationū ſenatꝰ portus erat ⁊ refugiū. De dtō

¶ Itꝫ noctis tp̄e venit amici cauſa Dijs parētibꝰ ⁊ mgr̄is nō redditur equalēs. Meis ad te ſcriptis lr̄is accurate reſpōdiſti De accō

Patrē ſequit̄ ſua ꝓles. Degeneres aīos timor arguit De ablcō

Ea rōne ad ſcienciarꝫ ſtudiū acceſſimꝰ vt bonarꝫ arciū v̄tutez ꝯſeq̄mur.

¶ Tercium punctū Inter ſuppoſitum ⁊ v̄bū ſepe oēs obliqui vl̄ plures mediāt ꝓrnate ¶ Exemplū Ceſar magis facūdia in exhortando milites q̄ȝ fortitudine monarchiam imperij adeptus eſt. Therētiꝰ

Hic praue ꝯſuetudinis cauſa huiꝰ mortem fert tam familiariter

Ego homines magnis v̄tutibus preditos ſummope diligo

¶ Quartum puctū Inter ſuppoſitū et ſuū verbū elegētiſſime ponit̄ relatiuū cum ſuo v̄bo per modū parentheſis Exemplum

Sapiētia (que a pleriſq̄ȝ cōtemnit) eſt omni auro ꝓcioſior. Amicitia tua (q̄ȝ multis officijs patefeciſti) facit vt oīa inter nos debeāt eē cōīa

Cicero (qui in dicēdi facultate tanq̄ȝ ſolis iubar effulſit) archipoete reddidit hereditatē. miloni vitā donauit. et ceſaris aīm ſibi cōſiliauit. Therentiꝰ Uirtus tua vel vicinitas (qd̄ ego in ꝓpinqua ꝑte amicitie puto) facit vt te familiariter noſcam. ¶ Item Virgilius. Aſt ego que diuum incedo regina iouiſq̄ȝ et ſoror et cōiunx vna cū gēte tot annos bella gero

Quartum preceptum de mutanda oratione vnius modi in alium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

¶ Orõnem ex v̾bo finiti modi ꝙ vel vt precedente mutabis elegãter in orõnem ex accõ et infinitiuo hoc eſt mutabis appellatũ elegãtiſſime in dictum. ¶ Appellatũ eſt oratio ſuppoſiti et appoſiti ꝙ vel vt precedēte.
¶ Exᵐ Qꝺ filij parentibus obediant eſt laudabile
¶ Item dictum eſt infinitiuus cũ accõ añ ſe vt filios obedire parentibꝰ
¶ Simplex grammaticus dicit (eſt laudabile
Scio ꝙ iã deꝰ punit damnatos Audiui ꝙ tu ſcripſiſti lr̃as·
Accepi ꝙ dux debellabit regem

¶ Orator elegantius dicit.

Scio deum iam punire damnatos.
Audiui te litteras ſcripſiſſe.
Accepi ducem debellatum ire regem vel debellaturum eſſe regem
¶ At debet hic ſuari vt in hac mutatõe non varieť tempꝰ ſed pñs indicatiui vel optatiui muteť in preſens infinitiui.p̃teritũ in preteritum. futurũ in futurũ. Itez actiuũ in actiuũ et paſſiuum in paſſiuum.

¶ De actiuo

¶ Therencius. Meum natum rumor eſt amare loco huiꝰ. Rumor eſt ꝙ meus natus amat. Chremes venit clamitans indignum facinꝰ comperiſſe ſe pamphilum pro vxore habere hãc. In qua orõne ſunt duo dicta. Et valet iſtam. Chremes venit clamitans ꝙ ipſe comperit indignuz facinus ꝙ Pamphilus ꝓ vxore haberet hanc· ¶ Item exempluz de futuro. Timeo petrũ lingua ſua praua famã meã labefactum ire. ideſt ꝙ labefaciet.

¶ De paſſiuo

Therencius. Qui poſtꝗ̃ audierat filio ſuo non datum iri vxorem. loco huius ꝙ vxor non dabitur filio ſuo
¶ Nota ꝙ eadem ſententia exprimitur tam in actiuo ꝗ̃ in paſſiuo. per futurum indicatiui et per futurum infinitiui et per futurũ participij.
Audiui ꝙ rex francie inuadet flandriam. ¶ Exepium
Audiui regem francie inuaſum ire flandriam
Audiui regem francie inuaſurum flandriam.
¶ Ita quoqz eadẽ ſentẽtia exp̃mit̃ per pñs indicatiui per pñs infinitiui et preſens participij. Et ita per preteritũ licet hoc variat̃ in participio. Et ſicut poſitum eſt exemplum in actiuo ita in paſſiuo diligens p̃ceptor per varia practicabit exempla

Q

Vintum p̃ceptũ eſt de poſitione modi ꝓ mõ. Futurũ cõiunctiui pulchre qñqz pro futuro indicatiui ponit̃. ¶ Ita quoqz p̃teritũ cõiunctiui pro preterito indicatiui et ita de preſenti ¶ Exemplum De futuro · Semp̃ ego prouidero ne tuam offendero amicitiam id eſt prouidebo ne offendam. De preterito Dixerim ꝓ dixi repitur. De preſenti Velim ꝓ volo ponitur ¶ Itẽ negligentẽ euz feceris pro facies Item morem tibi geſſero pro geram. Item ſi famam meã defenderis ego te amauero pro amabo Therencius De lachryma crede inꝗ̃ mihi aut conſolando aut conſilio aut re mea iuuero ꝓ iuuabo. Item ſi pergis abiero pro abibo
¶ Preſens infinitiui reperitur plerumqz apud poetas et oratores poni pro preterito imp̃fecto indicatiui qꝺ magis nobis mirãdum ꝗ̃ imitanꝺ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

dum ſentio ¶ Virgilius. Nos pauidi trepidare metu crines et flagran-
tes excutere et ſacros extinguere fontibus ignes pro nos trepidabamus
nos excutiebamꝰ et extinguebamus ignes. Therenciꝰ. Inuidere om-
nes mihi et mordere clanculuz. ego floccipendere pro omnes inuidebāt
mihi et mordebant et ego floccipendebam ¶ Saluſtius
Reges populiqz finitimi bello temptare pauci ex amicis auxilio eē. pro
reges tentabant et pauci erant.
¶ Similes orationes tu q̄ plurimas comperies. ſed nequaq̄ in vſum
tuum ducas. Non enim congrue dicitur quando ego ſcribere petrꝰ lu-
dere pro qn̄ ego ſcribebam petrus ludebat.

Sextum preceptum eſt ꝙ Magnopere aduertendum eſt. vt a nr̄is
colloquijs hanc coniunctionem ꝙ abijciamus.

¶ Grammaticus dicit inepte

Moneo ꝙ tu ſcutum debitum mihi ſoluas
Rogo ꝙ tu mecum prandeas.
Volo ꝙ filius meus obediat magiſtro.

¶ Orator dicit eleganter.

Moneo tu ſcutum michi debitum ſoluas vel te ſoluere
Rogo tu mecum praudeas vel tu mecum prandere
Volo filius meus obediat magiſtro vel obedire mgr̄o.

¶ Therencius

Sed pater adeſt caue te triſtem eſſe ſenciat.
Si me metuis mores caue in te eſſe ſentiam iſtos ꝓ ne ſentiam
¶ Hic nota iſta quattuor verba. Caueo Vereor Timeo Metuo. idem
ſignificant cum ne et ſine ne.

¶ Exemplum

Caue pater te triſtem eſſe ſentiat.
Et caue ne pater te triſtem eſſe ſentiat idem ſunt
Ita quoqz vereor pater mihi pecunias mittat
Et vereor ne pater mihi pecunias mittat

Septimum preceptū de ablatiuis abſolute poſitis
¶ Nota ꝙ ablatiui poſiti abſolute in ſignificatione ꝯſequentie tuz
orationes plurimum dilucidant. tum et cum venuſtate ſermonis breui-
tatem afferunt. Cum dum quando qui. ſi. niſi. qꝛ donec. q̄uis. nunquā
et pauca ſimilia· creberrime poſt ſe requirunt orationem coniunctiuaz
quam alia oratio coniunctiua ſequitur. interdum vero indicatiua vel
imparatiua eiuſdem temporis

¶ De preſenti.

Seneca Dum fata ſinant viuite leti
Therentius Dum in dubio eſt animus paulo momento huc vel
illuc impellitur.

¶ De preterito

Si rhomano imperio carthago ter non rebellaſſet penitus
deleta non fuiſſet.
Si celum rueret nulla feſtuca maneret ¶ De futuro
Cum ego vixero dies fatatos moriar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

¶ Therentiꝰ Si ſenſero te quicq̃ fallacie conari in priſtinū te dedam
¶ Omnis oratio coniunctiua vel indicatiua precedente aliqua iſtaruȝ
dictionum. cum. dum. quando. ſi. quia ⁊c. pulchre mutatur in duos ab-
latiuos abſolute poſitos quorum vnꝰ ſit noīālis alter ꝑticipialis
Hic ſeruandum eſt ꝙ actiua oratio mutetur in participia ſua preſentis
temporis. Et paſſiua oratio in participia preteriti temporis quod parti-
cipium trahitur ad omnem differenciam temporis ſecundum exigenti
am verbi adiuncti. Et ideo talis ablatiuus in reſolutione mutabitur in
illud tempus cuius eſt verbum adiunctum

¶ Exemplum

Facerem hoc patre ſcribente id eſt ſi pater ſcriberet
Feciſſem hoc patre ſcribente id eſt ſi pater ſcripſiſſet
Faciam hoc patre ſcribente id eſt ſi pater ſcribet vel ſcripſerit.
Participia eñ ſignificāt cum tempore limitabiliter vt ſtudens profitio
ſtudens profeci. ſtudens proficiam primum ſtudens eſt preſentis. ſecun
dum preteriti tercium futuri

Exemplum precepti

¶ Grammaticus dicit

Quando Rhoma floribat et Scipio affricanus regnabat tunc reſpub
lica bene gubernabatur et carthago penitus delebatur
Poſtq̃ fluxiſſent pauci anni et pompeius cum Julio diſſenſiſſet ſum-
ma ciuilis diſcordia regnare cepit. Qñ vero bellum parabat̄ et pompei
us vincebatur Julius ceſar monarchiam imperij romani ſolus adeptꝰ
eſt. Iſte ſentencie magis eleganter exꝑmentur mutando ſuppoſitum ⁊
appoſitum in duos ablatiuos ſic

¶ Orator eleganter

Roma florēte atqȝ Scipione affricano conſule reſpublica bñ gubnabat̄
Paucis fluentibꝰ annis Pompeio et Julio diſſentientibꝰ ſumma ciui-
lis diſcordia regnare cepit. Bello vero peracco et. Pompeio deuicto.
Julius ceſar monarchiam imperij romani ſolus adeptus eſt.

AD quid gerundia ſupina et participia ſunt inuenta vt duo
vel tres aut plures actus attribuātur vni ſuppoſito. ſine con
iunctione media

¶ Grammaticus inepte dicit

Marcus Licero puerilibus annis poetice vacabat et poſtea ſolutaȝ ora-
tionem amabat et precepta dicendi auidiſſime proſequebatur qui mi-
ra ingenij claritate pollebat et opera ſua multos ſaluabat et incredibili
ſuauitate perorabat
¶ Hi ſex actus vni dantur ſuppoſito qui hoc pacto venuſtius ordinan-
tur. Primum in participio. ſecundum in verbo. tercium in gerundio po
natur. Et interponendo necnon. alij tres eodem modo ordinentur.

Orator pulchre dicit

Marcus Licero puerilibus annis poetice vacans voluentibus annis
ſolutam orationem amabat precepta dicendi auidiſſime proſequendo.
Nec non mira claritate ingenij pollens opera ſua multos ſaluabat in-
credibili ſuauitate perorando.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Octauum preceptum de gerundiȷ́s
¶ Gerundia multo venuſtius ſine regimine ponuntur ſub ꝯueniē-
tia trium ſicut adiectiuū et ſubſtantiuū ¶ Elegntius dicitur
Ueni pariſius ſtudendi iuris cauſa. Audiende poetice gracia
Vado ad ſcribendos libros As ſcribendas litteras.
Ad ſcribenda volumina Quam ſi diceret Veni pariſius cauſa ſtu-
dendi ius. gratia audiendi poeticam. Vado ad ſcribendum liberos
Ad ſcribendum litteras Ita quoqz ornatius dicit. gerendorū
belloꝝ gracia venit princeps. ꝙ̃ gerendi bella gracia venit
Sic audiendarū fabularꝝ locus non eſt eccleſia pulchrius dicitur. ꝙ̃ au-
diendi fabulas locus nō eſt eccleſia. ¶ Probatur autoritate
Ciceronis. Tu fac cupidus mei videndi ſis. non dicit cupid⁹ me vidēdi
¶ Probat autoritate ſcripture Ad currendam viā ⁊ nō ad currendū
Item ad dandam ſcientiam ſalutis. et non ad dandum
¶ Hoc in loco perutile eſt cōmemorare differentiam gerundioꝝ in di do
dum. Et ꝙ gerūdia nullum caſum regāt ante ſe. Et ꝙ hn̄t oēs caſus pre
ter vtm̄ in ſingulari et in plurali. et ideo pn̄t conſtrui cū caſib⁹ a pte poſt
ſine regimine ſub ꝯueniencia trium ſicut adiectiuum et ſubſtantiuuz
¶ Poſita ſunt exempla de gerundijs in di. In quibus clare vides con-
ſtructionem eoꝝ cum nomine ſubſtātiuo precedēte ſcilicet cauſa gratia
locus cupidus. ⁊c. et cū caſib⁹ ſequētib⁹ tanꝙ̃ adiectiua cū ſubſtantiuis.

¶ De gerundijs in dum

Vado ad audiendam miſſam. Ad audiendos ſermones. Ad audienda
mandata. Elegantius dictum eſt. ꝙ̃ vado ad audiendum miſſam. Ad
audiendum ſermones. Itaqz quoqz famulus noſter iuit ad emen-
dos piſces. Ad vendendas veſtes. Ad videnda ſpectacula.

¶ De gerundijs in do.

Pro conficiendo ſermone pro conficienda epiſtola tota nocte labaraui.
pro componendis litteris totam noctem inſomnem duxi Venuſtius
dictum eſt ꝙ̃ pro conficiendo ſermonem ꝓ conficiendo epiſtolam Ita
etiam Ex continuando artiū labore bonū laudabile Ex continuanda di-
ligenter mercatura bonum vtile Ex continuando omniū ꝟtutū offitio
bonum honeſtum compatur
¶ Gerundium in dum prepoſita illa prepoſitione inter eleganter poni-
tur loco preteriti impfecti cōiunctiui prepoſito iſto aduerbio duz. Exᵐ
Inter cenandum multas audiui facetias id eſt dum cenarem.
Inter ambulandum occurrit mihi epiſcopus. i. dum ambularem.
¶ Gerundia in do plerūqz cum prepoſitione precedente. Et ſepe ſine ea
abſolute ponuntur. Exemplum prioris
Qui reipublice gubernationem ſuſcipiūt facilitatē in audiendo huma-
nitatem in agendo promptitudinē in ſatiſfaciendo ſeruare debent

Exemplum poſterioris

Non aūt reipublice legiſperiti deficere debent dicēdo conſulendo. per-
ſuadendo. iuuando. quoniam cōſultando qd expediat inquiritur. Itez
partes audiendo teſtes examinādo iuſticia amminiſtratur. ¶ Gerūdia
in dum ſepiſſime cū eſt ꝯſtructa actus neceſſitatē importāt ¶ Exēpluz

Therencius. Ita res erat. faciendum fuit.
Item ſummū in rhetorica ſtudium habēdum eſt. In dei ſeruicio perſeuerandum eſt. i. neceſſe fuit. Ita fieri neceſſe eſt hēre et ꝑſeuerare
Itē cum ea quidē ratione nati ſumꝰ vt aliquid dignū viro a nobis tractandum ſit. Non eſt igitur nobis negligendum ſed diligenter nobis procurādum vt officioſum ſemꝑ aliquid ſit agendum. Nec contra naturā eſt pugnādum veꝝ in recto ꝓpoſito ſemꝑ permanendum eſt

Nonum preceptū eſt de ſupinis. Priora ſupina ↄſtructionē petūt cū ꝟbis ſignificātibꝰ motū ad locū ¶ Hic nota ꝙ ꝟba ſignificantia motum ad locum quaſi indifferenter ↄſtruūtur cum ꝑori ſupino cū gerundijs in dum et ꝑticipio futuri temporis in rus. Nichil refert ſi dicas Uado venatum lepores. Uado ad venādum lepores. Uado venaturꝰ lepores ¶ Item famulus ibit venditū oleum ꝛc. ¶ Poſteriora ſupina ↄſtructionē petūt cū quibuſdā adiectiuis paſſionēqꝫ potius q̄ꝫ actionem ſignificant Exempla ſunt. Hoc eſt facile factu id eſt vt fiat Illud eſt difficile intellectu id eſt vt intelligat̄ Nec fabula digna eſt auditu .i. vt audiatur. Hic accipe contra barbaros gramaticos dicentes ꝙ poſteriora ſupina ↄſtruuntur cum ꝟbis ſignificantibꝰ motuꝫ de loco. vt venio luſu. venio pranſu ꝛc.
¶ Arguitur ↄtra eos per virgilium dicentē. Nec facilis viſu nec dictu affabilis vlli. Per Therentium. Sum extra noxam ſed nō eſt facile excuſatu Per Tullium. Difficile dictu eſt quātoꝑe ↄſiliet aíos comitas affabilitaſqꝫ ſermonis.

Decimum preceptū de aduerbijs. ¶ Aduerbium ſepe numero immediate ante ꝟbum locetur niſi ſit compatiuū vel ſuplatiuum qđ venuſte in fine ponitur Exempla ſunt
Fortiter patris equus currebat. Studioſe iohannes laborabat. Sed mei patris equus currebat fortiſſime. Ioānes in poetica laborat ſtudioſiſſime. Item que mihi diligēter mādaſti facere curaui ſtudioſiſſime. Aduerbiū q̄ꝫ cū poſitiuo ꝛ ſuplatiuo. nūq̄ꝫ ꝟo cū ↄpatiuo venuſte ponit̄ ¶ Exempla ſunt Qđ multi homines et q̄ꝫ plurimi in docti grauit̄ errāt in via morū. Et nunq̄ꝫ plures homines. ſꝫ bene complures homines errāt. Item q̄ꝫ cito et q̄ꝫ citiſſime rogo facias et nunq̄ꝫ citiꝰ. Aduerbia poſitiua ↄpatiua et ſuplatiua elocutiones noſtras plurimum exornant ¶ Exempla ſunt Caute etiam prudenter cōmode liberaliter atqꝫ magnifice in magiſtratu te ſemper habuiſti. Nec etiam accuracius neqꝫ virilius vel ↄmodius a te fieri potuiſſet q̄ꝫ actuꝫ eſt ¶ Quam peritiſſime rectiſſime atqꝫ magnificentiſſime rempubli cā gubernaſti.

Undecimum preceptum de participijs
Participiū ponitur eleganter loco relatiui et ſui ꝟbi preſentis preteriti et futuri. in recto et obliquo. ¶ Exemplum de recto
Ut loco huius. Pleriqꝫ de republica bene meruerunt qui ſtipendium non accipiunt nec accipient vel acceperunt
Elegancius dicitur. Pleriqꝫ de republica bene meruerunt nullum ſtipendium accipientes vel accepturi
¶ Exemplum de obliquo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Quam plurimos noſco ſcholaſticos qui nichil proficiūt nec proficient. ſed tempus et expenſas perdūt. ¶ Elegantius dicitur. q̃ plurimos noſco ſcholaſticos nihil proficientes nec profecturos verū et tempus ⁊ impēſas perdentes. ¶ Cauſa huius precepti eſt quia participium includit in ſe hoc relatiuum qui et ſuum verbum Igitur loco illorum duoꝝ poteſt ante aliud verbū collocari. Exemplum vt

Amans id eſt qui amat. Amaturus id eſt qui amabit. Amatꝰ id eſt qui amatus eſt vel qui amabatur. Amandus id eſt qui amabitur. Ex quo ſequitur ꝙ eadem ſentencia exprimitur per participium preſentis temporis et verbum preſentis temporis.

Item per participium futuri temporis in rus. et per verbum futuri tēporis actiuum vel neutrale. Ita etiam per participium futuri temporis in dus et per futurum paſſiui verbi .. Iſta per diuerſa exempla preceptoribus pro pueris ſunt practicanda

¶ Iteʒ Scipio affricanus qui romanus conſul creabatur profugauit hanibalem qui Italiam deuaſtauit liberauit rhomam que a barbaris opprimebatur. In hac oratione tria ſunt relatiua cum ſuis verbis loco quorum elegantius participia ponuntur. Hoc pacto Scipio affricanus rhomanus conſul creatus hanibalem italiam deuaſtantem profugauit. atqʒ rhomaʒ a barraris liberauit.

Duodecimum preceptum eſt de prepoſitionibus. Si caſuale prepoſitionis ſit complexum ex adiectiuo et ſubſtantiuo tunc ipſa prepoſitio venuſte ponitur in medio. Exempla ſunt.

Maximas ad res iuſticia conducit

Ornatiſſimo in loco ſpoliati ſumus.

Iuſtis de cauſis malefici puniuntur

Ita quam ob rem. qua de cauſa. qua ex re.

¶ Prepoſitio nōnunq̃ ſuo caſuali poſt ponitur. Exempla ſunt

¶ Illud eſt negocium quo de multis in locis iudicatum eſt

Hic eſt quo cum ſocietas eſt mihi gratiſſima.

Ita quoqʒ et qui cum pro quocum. Etiā mecū tecum ſecum nobiſcū vobiſcum. que etiam poſſunt eſſe aduerbia. Item. Eatenꝰ quatenus hactenus. que etiā poſſunt eſſe dictiones. Et licet. Tullius ſepe numero vtatur de. et cum poſt ſua caſualia non tamen in alijs prepoſitiobus illud imitandum eſt. ¶ Prepoſitio cum ſuo caſuali inter adiectiuum et ſubſtantiuum venuſte locatur. Exemplum

Vt ſumma in mercancijs exercendis induſtria requiritur. vide ſupra in fine primi precepti. Inter prepoſitionē et ſuum caſuale ornate genitiuꝰ ſi fuerit collocatur. Exemplum

Propter meritorum amplitudinem ego te colui. Ad regis palatiuʒ per viarum multa diſcrimina me tranſtuli.

¶ De principis noſtri potencia multi multa loquuntur

Tercimumdecimum preceptum de interiectionibus.

Cum noſtris ſermonibus aliquam leticiam vehementer aut triſticiam aut ammirationē vel indignationem. aut ſpem vel timorem ſignificare volumꝰ idipſum ꝑ interiectionem aptiſſime faciemus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

¶Per interiectiones mentis noſtre ſignificamus affectus quib⁹ The-
rentiane comedie aliorumqꝫ comicoꝝ libri pleni ſunt que ſi geſtu voce
atqꝫ vultu recta fiant magnam vim afferunt. Exemplum
Tullius. Proch dij immortales vbinam gencium imus quā rempubli-
cam habemus. in qua vrbe viuimus. Therentius Proch deum atqꝫ ho
minum fidem quid eſt ſi hec non contumelia eſt. Vach ꝙ̄ infelici celoꝝ
conſtellatione nati ſumus ſi tam grauibus moleſtijs tanꝙ̄ dura morte
ſemper cruciari debeamus. Item Therencius. Ducit ſecum vnam vir
ginem pape facie honeſtam
¶Cum vehementem aliquem mentis conceptum explicare cupimus
aut rem magis claram et apertam demonſtrare volumus per v̈ba mul
tiplicata id efficere poterim⁹ ad quam rem ſentenciarū ſynonyma plu-
rimum valent Exemplum ¶Vbi mentis conceptus nō di-
co mentis affectus v̈bis ſimplicib⁹ explicat. Qm̄ litterarū v̈tutes tales
eſſe conſtat vt totus mūdus ex ipſis gubernetur te hortor atqꝫ rogo. vt
ad eas tibi comparādas cures vt viru ex ipis te preſtātiſſimum reddas.
Hec ſentēcia ſic ex v̈bis cū vehemētia mltiplicari poteſt. Qm̄ litterarū
v̈tutes tales eē ꝯſtat vt in oim potentiſſimoꝝ fama ſꝑ extiterūt vt ex ip
ſis vniuerſus terrarū orb gubernet̄ exornet̄ adiuuetur et ꝯſeruet̄ nō ſo
lū te plurimū hortor atqꝫ moneo. verumetiā ꝓ ſumma nr̄e familiarita-
tis coniunctione maximoꝑe te rogo oro et obſecro vt ꝓ ipſis litterarū
ornamentis cumulatiſſime tibi comparandis tantopere cures. labores
inſudes. inuigiles atqꝫ incumbes vt virum ex ipſis te reddas preſtanti-
ſſimum. ¶Aliud exemplum. Poſt deum noſtrum omnipotentem et
parentes qui me genuerūt neminem habeo quem magis te diligaꝫ ma
gis excolam. magis obſeruem. neqꝫ maiori ꝙ̄ te beniuolencia ꝯplectar.

Quartumdecimum preceptū eſt de annexionibus. Cū per nomina
aut verba multiplicata noſtram orationem locupletare volumus
id ſumme obſeruandum eſt. ꝙ oratio ſemper creſcat et augeatur. vt qđ
ſequitur maiorem vim et efficatiorem habeat ꝙ̄ qđ precedat. Exemplū
Therenti⁹ in andria. Adeo me ignauū adeo ingratū. aut inhumanum
aut iniquū putes vt neqꝫ me ꝯſuetudo neqꝫ amor. neqꝫ pudor commo-
ueat. Therenti⁹ in eunucho. Pergis ne ſceleſta mecum perplexe loqui.
Quid ais venefica. quid ais ſacrielga
¶Aliud exemplum. Cum iuſticiam eamipſam apertiſſime cōſtare vi-
deam⁹ ex qua opida ciuitates prouincie nationes regna atqꝫ impꝑia gu
bernant̄ ꝯſuant̄ et amplificant̄. Omnē igitur cogitationem diligentiā
fortunas noſtras atqꝫ noſipſos totos libenter exponere debemus vt ea-
ipſa iuris equitas diligenter excolatur. Item hoc in loco precedētis pre
cepti exempla applicari pn̄t vbi per annexim dicūt̄ ¶Rogo oro et obſe
cro. Item gubernetur et exornetur adiuuetur et conſeruetur. Item
quem magis te diligam excolam obſeruem

Quintum decimum eſt de comparatiuis et ſuperlatiuis
Inter compatiuum et ſuperlatiuum hoc intereſt. quādo compati
uum cum gtō plurali iungimus vtiqꝫ ſolum inter duo locum habere.
ſuperlatiuū vero inter plura ¶Exemplum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Manuum meaꝝ fortioꝛ eſt dextra in compatiuo et non fortiſſima in ſu
perlatiuo. Ita quoqꝫ oculoꝝ meoꝝ acutioꝛ eſt dexter ⁊ nō acutiſſimus.
Ita ecōtrario digitoꝝ meoꝝ medius eſt longiſſimus in ſuplatiuo et nō
compatiuo. Ex quo infert. Laurenciꝰ hanc ſacre ſcripture oꝛōnē ineptā
fides ſpes charitas. maioꝛ hoꝛum charitas ꝙ dicendum fuiſſet maxima
harum vel maximum hoꝝ. Item inepta eſt q̇ maioꝛ eſt veſtrū. ſit veſtrū
minimꝰ. cū dici debeat qui maximꝰ eſt vr̄m ⁊c. Multa compatiua
recte locata nr̄as epiſtolas efficiūt ſplendidioꝛes. Exemplum
Ut ex omnibus q̇ magnā tibi beniuolencie ꝯiunctionem ꝯfitentur ti
bi potiſſimum adoptaſti qui dignitatē tuam magnope tueret. cuiꝰ ſtu
dium pro laude tua illuſtrāda tāt ū extitiſſe cōſtat. vt neqꝫ maioꝛez ope
ram nec ſtudioſioꝛem curā neqꝫ pꝛomptioꝛē diligentiam neqꝫ ardentio
rem beniuolenciā quiſqꝫ tibi pꝛeſtare potuiſſet. Superlatiua pꝛopter
magnam rerum reſonātiam oꝛōnes nr̄as reddunt ſplendidiſſimas ſtilū
qꝫ noſtrū magis amplum longum et optimum.
Exemplum vt. Ego Caius Lelius Scipione meo tam familiariſſi
me ſemp fretuſſum tam ſummopere eū dilexi vt ſumma cum ipſo ſim
familiaritate coniunctus. Nec iniuria cuꝫ is ſummū ſemper mihi amo
rem pꝛeſtiterit et vigilantiſſimam ꝓ rebus meis diligentiam declaraue
rit et ampliſſimam mihi libertatis magnificenciā patefecerit vt nulluꝫ
ſummū hois amātiſſimi et liberaliſſimi officiū ꝑtermiſerit. neqꝫ vllum
maximum ꝓ ſalute mea periculū ſubterfugere voluerit Compatiuo
et ſuplatiuo nō incōmode longe et multo pꝛeponuntur Exēpluꝫ
Juſticia aliis ꝟtutibus multo pꝛeclarioꝛ exiſtit. Marcus cicero pꝛe ce
teris longe eloquentiſſimus euaſit
Multū parum. modicum paulum. paululum. tantū. quantū bene cuꝫ
poſitiuo ſed nunq̄ꝫ cū cōpatiuo ꝯſtructionē petūt Sed multo pauco
modico paulo tanto quanto cū cōpatiuo et non poſitiuo locentur
Exemplū. Demoſthenes grecoꝝ oꝛatoꝛ facundiſſimꝰ modico fuit
Tullio eloquencioꝛ et non modicum. Quanto ſupioꝛes ſumꝰ tanto
nos geramus ſubmiſſius. non autem tantum et quantum
Item huiꝰ anni frumēta paulo carioꝛa fuere q̄ꝫ ꝑcedētis ⁊ nō pauluꝫ.
Quiſqꝫ cum ſuplatiuo venuſte ponitur non cum poſitiuo et compati
uo Exemplum
Ut optimus quiſqꝫ ſapientiſſimꝰ quiſqꝫ hoc eſt vnuſquiſqꝫ q̇ eſt bonus.
et vnuſquiſqꝫ qui eſt ſapiens. Et non debet dici bonus quiſqꝫ. ſapiēs q̄ſqꝫ
Item non debet dici omnes optimi et cuncti ſapientiſſimi
Reprobat hic laurenciꝰ lactanciū dicentē. Nam etſi ita eſſet placidioꝛa
queqꝫ animalia. Cum placidioꝛa omnia animalia fuiſſet. Ut et ita duo
requirūt ſuplatiua aut nominalia aut aduerbialia. aut alterum nomi
nale. alterum aduerbiale Exemplum
Tullius. Ut quiſqꝫ optime grece ſciret ita eſſe nequiſſimum. Item Ut
quiſqꝫ animi magnitudine maxime excellit. Ita maxime vult omniuꝫ
pꝛinceps eſſe. Quintilianus qd̄ vt longe optimum ita difficilimum.
Reprobatur hic donatus dicēs vt quiſq̄ꝫ miſer eſt ita ſenioꝛ videtur.
Ibi nullū ſuperlatiuū poſuit ſed ꝯfuſionem ex poſitiuo et ꝯperatiuo ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

cit que oratio ita emendatur vt quiſqꝫ maxime miſer eſt. ita maxime ſe-
nex videtur vel vt quiſqꝫ miſerrimꝰ eſt ita amiciſſimꝰ. Per cum poſiti-
uo. Et ꝙ valde ſuplatiuo iungi debet idemqꝫ ponderis in ꝯpoſitione ha-
bent Sed ꝙ ꝓ ꝙtum cū poſitiuo ſolo locetur. ¶ Exemplum
Vt perpulchre perdocte perdiligenter. Et nō dicat perpulcherrime per
doctiſſime. Item ꝙ pulcherrime ꝙdoctiſſime. ꝙdiligentiſſime. Dicit
Laurencius Si aliter penes autores reperitur ſibi abeſſe nō debet. quia
non negat aliquando aliter factum eſſe ꝙ dicat ſed quod dicit id freqnē
tiſſime factitatum eſſe quidem apud doctiſſimos.

Decimum ſextum preceptum de poſitiuis. Si poſitiua exaugere
velimus addamus eis per ex vel per ꝙ vel in primis. ¶ Exemplū
Charus mihi ſis et periocudus vt aſſoles Princeps noſter perdocilis eſt
et peraffabilis. Viri per quam ſplendidi in primis honore digni noſcun
tur. Negatio additur poſitiuo quam venuſte contrariaꝫ ſignificationē
poſitiui tenens. ¶ Exemplum
Haud illepido ſermone ſuum votum cōſequutꝰ eſt id eſt lepido ſmone
Non mediocrem laudem apud ſenatores. Lullius orando nactus eſt. i.
(magnā laudem

Decimumſeptimū eſt de proprijs epithētis
Laudem titulos cuilibet hominū pro qualitate ſui ſtatus et me-
riti officij atqꝫ dignitatis aſſignare per propria epithenta conandūꝫ eſt
que res ſi rite fiat ſummū noſtro ſermone ſplendorem afferet
Ad iſtud preceptum bene obſeruādum ne dum in hominibus. verum
et in alijs rebus omnibus oportebit diligenter inſpicere et accurate cōſi-
derare que ſit natura rerum que vis que dignitas. que ve preſtancia et
excellentia quibꝰ notatis et cognitis tunc ydoneas proprias et cōueni-
entes adiectiuationes in poſitiuo comparatiuo vł ſuperlatiuo addemꝰ
illarum rerum ſubſtantiuis

¶ Exemplum in ſpiritualibus — Scribendum eſt ſic.
¶ Summo pontifici — Sanctiſſimo ac beatiſſimo patri.
Cardinalibus — Reuerendiſſimo in chriſto patri
Epis et abbatibꝰ in poſitiuo — Vt reuerēdo et venerando ꝛc.
Doctoribus theologie — Celeberrimo viro doctori meritiſſimo.
Juriſtis doctoribus — Spectatiſſimo pōtifici iuris interpreti
Inferioribꝰ clericis. Prudēti vel prudētiſſimo. diſcreto vł diſcretiſſimo
Ita prouido ł ꝓuidiſſimo. Sapiēti perdocto. Erudito vł eruditiſſimo
¶ Exemplum in ſecularibus Scribendum eſt ſic.
Imperatori. Victorioſiſſimo et glorioſiſſimo rhomanorum impera-
tori diuo et ſemper auguſto
Regi frācie. Chriſtianiſſimo principi. N. dei gratia francorum regi
Alijs regibuꝰ — Serenissimo. Inclitiſſimo. Illuſtriſſimo
Victorioſiſſimo — Glorioſiſſimo
Ducibus — Preclariſſimo et illuſtriſſimo principi
¶ Exemplum
Comiti magno — Illuſtri generoſo
Baroni — Generoſo magnifico prepotenti
Militi — Splendido generoſoqꝫ viro. Vel Strennuiſſi-

mo et prepotenti viro ſi bellicoſus ſit Exemplum

Mercatori. Spectabili Spectato Fidiſſimo Magnifico Ornatiſſimo Officioſiſſimo Integerrimo. Conſulibus et burgimagiſtris. Grauiſſiō Inſigniſſiō Preſtantiſſiō Peritiſſiō Clariſſimo Splendidiſſimo Probatiſſimo ꝛc. Equalibus Dilecto vel dilectiſſimo Charissimo Fideliſſimo. Cordialiſſimo Facetiſſimo Amantiſſimo.

¶ De iſtis diuerſarum perſonarum titulis habetur in quodam paruo tractatulo quem ex diuerſis collectum curaui

Aliud exemplum in laudem Ciceronis

¶ Quoniam in Marco Tullio Cicerone ſummo et celeberrimo quidem oratore tanto erat dicendi vis tanta eloquencie facultas. tanta agēdi ratio tanteqꝫ conſtabant orationis cuius diuicie vt in ipſo eſſet acutū ingenium graues ſentencie. intenta memoria. atqꝫ geſtus oratorius. vt omnia poſſet animo percipere memoria cuſtodire rempublicā adminiſtrare et alia cetera gubernare Ergo ipſe Cicero fuit diuina prudencia inſtructus excellenti ingenio preditus. Incredibili animi fortitudine munitus. Ingenti tempantia decoratꝰ maxima integritate conditꝰ ſingulari modeſtia illuſtratus gratiſſima humanitate prepolitus et vt omnia cōplectar cunctarum virtutum generibus nobilitatus ¶ Non ſolū hominibꝰ verū omnibꝰ rebus ꝓ ſuis naturis atqꝫ preſtancijs diligenter cognitis adiungere debemꝰ proprias et condignas adiectiuationes poſitiuas compatiuas et ſuperlatiuas Sic dicimus

Celum ingenerabile in corruptibile et volubile

Elementa generabilia et corruptibilia. Ignē calidum: Aerem humidum et perſpicuū. Aquam frigidam. Terram ſiccā. Niuem albam Coruum nigrum. Mare ſalſum ¶ Hec precepta inter omēs doctiſſimos diuinus ille Maro acutiſſime ſeruauit qui a deo confecte adeo qꝫ copioſe proprijs epithetis ſua conſperſit carmina vt vix verſiculus ſit qui non mellis inſtar illorum dulcedine roret aut ſententiarum grauitate ſplendeicat

¶ Ex Bucolicis Virgilij

Patula	Fagus	Malum	Contagium
Denſa	corylus	Sacri	fontes
Nuda	ſilex	opacum	frigus
Alta	cupreſſus	leuis	ſuſurrus
Lentum	viburnum	Alta	rupes
Amara	ſalix	palumbes	rauce
Stipula	tenuis	turtur	gemens
Dulce	aruum		
Dulces	nati	Cerui	leues
Tener	agnus	piſces	nudi
Tener	fetus	poma	mitia
Pinguis	victima	caſtanee	molles
Limoſus	iunctus	lac	preſſum

¶ Ex Eneyde Virgilij dicentis

Antrum	vaſtum	ſagittas	celeres
Ventos	luctantes	timorem	meſtum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Tempeſtates ſonoras mare veliuoluz
Arcem celſam morte͂ pallidam
Nocte͂ atram lyncem maculoſam
Ignobile vulgus apros ſpumantes

DEcimũoctauũ eſt exceptio a tercio precepto. Oratio pfecta non ſolum in fine vbum ſp habebit verũ etiá ſignum aliqd vniuerſale Aut ꝯparatiuũ aut ſuplatiuũ nominale vel aduerbialem

¶ Exemplum de ſigno affirmatiuo.

Que tu mihi mãdaſti perfeci omnia. Ite͂ mandato tuo obte͂perãt oe͂s

¶ Exemplum de ſigno negatiuo

Hãc niſi mors m̃ adimet nemo. Ego callidiorem homine͂ vidi neminez

¶ Exemplum de comparatiuo

Vt. pauco tempore petrus factus eſt multis laboribus eloquentior.

¶ Exemplum de ſuperlatiuo

Longe aliis plato euaſit doctiſſimus.
Item que nobis precepta ſunt faciamus diligentiſſime

DEcimũnonum preceptũ. In releta verbis triſtibꝰ. Et in re triſti vobis letis minime vtemur Natura em̃ nõ patit. vt cum graui aliquo merore pmimur vboꝝ oblectationi vacare poſſit animus.
Rem igitur triſtem verba triſtia. et rem letam leta decent
Hoc elegantiſſime teſtatur Horatius dicens Triſtia meſtum Vultum vba dece͂t. Iratũ plena minarũ. Lude͂tez laſciua dece͂t ſuoꝝ ſeria dicta

VIgeſimũ preceptũ eſt de clauſula finali materie noſtre. In fine noſtre orationis aut epiſtole ponendum eſt aliquid qđ auditoribus rem gratã efficiat eorumqꝫ animos veheme͂tiꝰ ad id qđ petimꝰ alliciat Curandũ eſt vt epiſtola noſtra aliquo egregio dicto concludat quo ſcõ nequaꝙ̃ vlterius producatur ne gracia illa quã bñ ſcribendo. nacti ſumus perdatur

¶ Exemplum.

¶ Quod ſi feceris polliceor me fore non modo paratum verũ percupidũ placere obtemperare more͂qꝫ gerere tibi ſi qñ erit qđ potero tuis votis complacere. Quod ſi mearũ precũ gr̃a effeceris nunꝙ̃ me inuenies facti fauoriſqꝫ immemorem. Quod ſi feceris cogita nullam rem tam arduam ꝙ̃ pro te nõ putabo leuiſſimaz mõ in aliquo intelligo officium meum tibi ꝓfuturum. Si quid erit in quo poſſim. meo offitio tibi placere cognoſces me tibi rebus tuis amicum eſſe vt beniuolentia nemini tuorum cedam. ¶ Hec et multa ſimilia ex epiſtolis familiaribus Tullij colligi poſſunt.

¶ Elegantiarum viginti precepta finiunt. Anno dñi. M.CCCC.cxvi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
169 G 80